

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Johannis Christophori Hundeshagen ... Quaestionum
Logicarum Pars ...**

Hundeshagen, Johann Christoph

Jenae, 1670

Caput VIII. De Relatione

urn:nbn:de:bsz:31-102789

tiale sive accidentale sit. (2.) strictè ac specialiter pro convenientiâ ac disconvenientiâ aliquorum in Qualitate unius & ejusdem speciei specialissimæ, quomodo v. gr. ab albedine chartæ & lac; à dulcedine Saccharum & Mel dicuntur similia. Et quæ hoc posteriori modò similia aut dissimilia dicuntur, ita propriè illa dicuntur, quò sensu etiam intelligenda venit hæc Qualitatis proprietas.

LIB. I. CAP. VIII.

De

RELATIONE.

Quæstio I.

Queritur, quomodo differant Relatio realis & Relatio rationis?

§. I.

Vox Relationis sumitur vel efficienter, vel formaliter. Efficienter est nihil aliud quam actio, quâ unum ab aliquò ad aliquid refertur. Formaliter est ipsa habitudo vel respectus quidam unius ad alterum. Et hæc posterior acceptio huc facit.

§. 2. Relatio REALIS est, quæ in rebus citra mentis operationem est; talis Relatio est similitudo inter duo alba, hæc enim sibi invicem sunt similia, nullò etiam intellectu id cogitante, neque enim Similitudo hæc consistit in *comparatione actuali* vel *formali* intel-

intellectus non
est ipsa rerum
non facit intel

§. 3. Relatio
tam fit per me
diceret, DE
tatis contin
sicut autem h
tur, sed saltim
inter Lignum &
est facta sive R

§. 4. Hic
tione Rationis
Relationes quæ
nem, Subjecti
la. Verùm
hominis, quæ
damur in rebus
sive maxime
dicatum consti
tamen consti
tum habent
tet. Falsum
constituuntur
tante in rerum
tando cum Hon
species ad Gen
sicut enim ver
est species A
Hominis, & q

intellectus nostri, sed *radicali & virtuali*, quæ est ipsa rerum ad se invicem habitudo, quam non facit intellectus, sed factam invenit.

§. 3. Relatio RATIONIS est, quæ tantum fit per mentis operationem, e. gr. si quis diceret, *DEUS est ligneus*, relationem identitatis constitueret inter DEUM & Lignum: sicut autem hæc identitas in re ipsâ non datur, sed saltim à ratione fingitur, ita respectus inter Lignum & DEUM in adducto exemplò est ficta sive Rationis Relatio.

§. 4. Hic tangendum, quod ad Relationem Rationis communiter referantur etiam Relationes, quæ intercedunt inter Genus & Speciem, Subiectum & Prædicatum, & his similes. Verùm minùs rectè. Nos eas reales esse dicimus, quod patet inde, quia hæc relationes dantur in rebus, etsi nemo de iis cogitet. Nam si vel maximè concedatur, Subiectum & Prædicatum constitui per intellectum, postquam tamen constituta sunt, quendam ad se respectum habent, etsi nemo de iis amplius cogitet. Falsum etiam est, quod Genus & Species constituantur ab intellectu, cum nemine cogitante in rerum naturâ sint Genera & Species. Unde cum Homo ad Animal refertur, tanquam Species ad Genus, hæc Relatio est vera & realis, sicut enim vere sunt hæc predicationes; Homo est species Animalis, & Animal est Genus Hominis, & quidem citra mentis operationem:

ita quoque circa mentis operationem homo ad Animal, & Animal ad Hominem habet relationem, & homo nemine cogitante tanquam species ad genus, animal nemine cogitante tanquam genus ad speciem refertur, quæ Relatio non potest non esse realis.

Quæstio II.

Queritur, an recte dividantur Relata in Relata secundum dici & Relata secundum esse?

§. I.

Juxta Sanchez Comment. in Arist. Log. Tom. 2. q. 35. Relatio secundum dici est nihil aliud, quam Relatio Transcendentalis. Relatio secundum esse ipsi erit Predicamentalis.

§. 2. Verum non omni ex parte accurate esse videtur hæc sententia. Negari enim non potest, quod Transcendentalis Relatio sit *Habitudo aliqua in esse*, cum v. gr. causa, non tantum dicatur *cum habitudine ad causatum*, sed habeat in se esse *habitudinis cause* (formaliter spectata) ad *causatum*. Ubi igitur in re est esse *habitudinis unius rei ad alteram*, ibi est ipsa Relatio secundum esse. In Relatis Transcendentalibus, (ut in causâ formaliter sic dictâ) est esse *habitudinis unius rei ad alteram*; ergo in transcendentalibus est Relatio secundum esse.

§. 3.

§. 3. Nec est
transcendentalis
relatio. Falsum
quatenus
relatio ipsa habi
bit secundum esse
est.

§. 4. Av
Secundum dici
rationis;
est ipsa Re
relata ad ope
et. 3. n. 8.

§. 5. Nos
io secundum
est, aut act
est, jam no
Relatio secun
est, aut pote
est ei actu in
poterit, cum
Secundum dici
est, ut n
suo relationis
estiam concepi
est videtur re
ationem & p
tam dici quoc
est competere

§. 6. Reli
Secundum dici

§. 3. Nec est, quod dicat Sanchez, Relata Trāscendentalia non significare ipsas habitudines relativas. Falsum enim hoc est. Quis negaverit causam quatenus in actu secundō est causa significare ipsam habitudinem ad causatum? cum in actu secundō sine causatō ne quidem concipi possint.

§. 4. Avicenna l. 3. Metaph. Relationem secundum dici coincidere putat cum Relatione rationis; quā ratione Relatio secundum esse erit ipsa Relatio realis. In quā sententiā refutaadā operosus est Suarez Dissp. Metaph. 47. Sect. 3. n. 8. & seqq.

§. 5. Nos verō ita procedimus: Relatio secundum dici aut actu rebus competit, aut actu non competit. Si actu rebus inest, jam non est Relatio secundum dici, sed Relatio secundum esse: si actu non inest rebus; aut potest aliquando actu inesse rebus, aut ei actu inesse repugnat. Prius dici vix poterit, cum dicente Suarezio l. d. Relata secundum dici sint illa, quorum esse est absolutum, ut non nisi per modum habitudinis seu relationis explicentur, & consequenter etiam concipiantur. Ergō Relatis secundum dici videtur repugnare actu in se habere Relationem & per consequens Relationi secundum dici quoque repugnare videtur actu rebus competere.

§. 6. Relinquitur ergō, quod Relationi secundum dici rebus actu inesse repugnet.

Quæcunque autem Relatio actu rebus non inest, ut etiam actu inesse ei repugnet, illa est Relatio *Rationis*. At verò Relatio *secundum dici* est talis. Ergò est *Relatio rationis*, ut ita omninò *Avicenne* sententia non profus videatur rejicienda esse.

Quæstio III.

Queritur, An recte dividantur Relata in *Predicamentalia* & *Transcendentia*?

§. 1.

Relatio *Predicamentalis* est, quâ unum ad alterum refertur ut purè terminum. Respicere autem aliud ut purè terminum esse nullum aliud munus præter id respicere circa illud exercere: sic quando unum respicit alterum non ut causam vel causatum, nec ut subjectum vel objectum &c. sed tantum ut terminum, quomodo unus paries alteri dicitur similis, ubi nullum aliud munus circa alterum parietem exercetur, quàm quod tantum ad illum hic paries referatur.

§. 2. Relatio *Transcendentis* est, quâ unum ad alterum non refertur ut purè terminum, sed circa illud aliud quoddam munus exercet vel in ratione *Objecti* vel *Causæ*, &c. Ita scientia respicit scibile non ut purè terminum: respicit autem illud ut objectum, cit-

ca quod ver
le Creatura
quia DE U S
terminum, se
ctum: Creat
ut ad causam

quam, ut per
bonæ respicit
minum, quæ
sistent, per q

§ 3. Dic
Predicament

Filium, ut pu

causatum. F

derari, (1.)

(2.) Materia

itas. Cum

taque respicit

uat concedin

posteriori mo

Priori autem

Pater produ

rum, vel ut

secundum est

causa Filii,

entem generi
referatur. P
tar, falsam
efficitur.
§. 4. Dicis
tione Transc

ca quod versatur. Similiter inter DEUM & Creaturam est respectus transcendentalis, quia DEUS non respicit creaturam ut purè terminum, sed etiam ut effectum à se productum: Creatura autem refertur ad DEUM, ut ad causam. Sic Motus non respicit terminum, ut purè terminum, quia Motus præter hunc respectum exercet aliud munus circa terminum, quatenus est causalitas quædam & influentia, per quam terminus accipit esse.

§. 3. Dicis: (1.) Pater & Filius sunt Relata Prædicamentalia, & tamen Pater non respicit Filium, ut purè terminum, sed tanquam causa causatum. Resp. Pater bifarium potest considerari, (1.) Formaliter ratione Paternitatis, (2.) Materialiter, quatenus scilicet est persona aliqua. Cum dicitur Patrem esse causam Filii, eumque respicere ut Effectum à se productum, tunc concedimus illud, si intelligatur de Patre posteriori modo, quatenus scilicet est persona; Priori autem modo negamus. Neque enim Pater producit Filium secundum esse Relativum, vel ut formaliter correlativa sunt, sed secundum esse Absolutum, & prius Pater est causa Filii, quam dicatur relatum. Prius enim genuerit filium necesse est, quam ad ipsum referatur. Pater ergò si formaliter consideratur, falsum est, quod aliquid circa Filium efficiat.

§. 4. Dicis (2.) Creatura respicit DEUM Relatione Transcendentali, & tamen respicit DEUM

ut purè terminum, quia Creatura nullum minus exercet circa DEUM. Resp. negando, quod Creatura respiciat DEUM ut purè terminum, cum ad DEUM referatur quoque tanquam effectus ad causam.

§. 5. Conveniunt in eò Relatio Prædicamentalis & Transcendentalis, quod utraque sit *Realis Relatio*. De *Prædicamentali* res clara est. *Transcendentalis* quod sit realis, inductione probari potest: *Causa ad causatum*, & hoc ad illam refertur *nemine cogitante*, quæ Relatio est *Transcendentalis*. Similiter *Subjectum ad Accidens*, & hoc ad illud: *Potentia ad objectum*, & hoc ad illam refertur *nemine cogitante*, hæ Relationes autem sunt *Transcendentales*. E. *Transcendentales* sunt in rerum naturâ *nemine cogitante*, & consequenter sunt *reales*.

§. 6. Differunt autem (1.) in eò, quod Relatio Prædicamentalis respiciat alterum ut purè terminum, *Transcendentalis* verò non. (2.) Relatio *Transcendentalis* est plerumque inseparabilis à re, sicut Relatio materię ad formam à materiâ est inseparabilis. *Transcendentalis* autem accidit rei & ab eâ separari potest, si terminus Relationis tollitur. E. gr. Paternitas accidit homini & ab eò separatur sublatô terminô, nempe filiô, si enim non adest filius, nulla datur paternitas.

§. 7. Differunt (3.) in eò, quod Prædicamentalis respectus sit talis, ut à naturâ non

fit

fit per se intentus intentione primariâ, sed consequatur positò fundamentò & Terminò. Transcendentalis verò saepe fiat ex primariâ intentione agentis. Sic v. gr. Medicus producit sanitatem intentione primariâ, non simpliciter, sed ut inhareat in ægrò. (4.) In eò etiam à se invicem distingvuntur, quod Relationis vel relativi Transcèdentalis potest esse aliqua actio: Prædicamentalis verò nulla vis est & efficacia.

§. 8. Cui assertioni *Quartæ* sese opposuit Clemens Timplerus, perpetuus, sed infelix Peripatericorum Antagonista, quando *lib. 5. Met. cap. 5. quæst. 10. ait: Relationis etiam Prædicamentalis est aliqua actio & efficacia.* Quia (1.) entibus absolutis confert essentiam respectivam, quod exemplò hominis spectatur, qui est absolutum quid, ei verò essentiam respectivam, ut scilicet dicatur Pater, confert Relatio Prædicamentalis, nempe paternitas: conferre autem essentiam est agere. Resp. Potest aliquid alteri conferre essentiam dupliciter: 1. *Effectivè*, per veram scilicet actionem, sicut generans per veram actionem genito confert essentiam, nimirum per generationem. 2. *Formaliter*, sicut v. gr. albedo confert rei rò album esse. Jam dicimus, quod Relatio Prædicamentalis conferat enti absoluto essentiam respectivam, formaliter, non autem *effectivè*; quod verò

relatio non conferat essentiam respectivam alteri

alteri confert essentiam *formaliter* tantum, illud non statim agit, sicuti Quantitas rei dat esse, ut scilicet sit quanta, sed tamen Quantitas non agit.

§. 9. Deinde *Timplerus* urget, quod *Relatio Prædicamentalis* nos deducat in cognitionem rei, nempe ipsius *relati*; *deducere autem in cognitionem esse agere*. Resp. Materia nos deducit in cognitionem rei *materiata*, & tamen materia non agit, cum sit tantum *principium passivum*.

§. 10. Postea regerit, quod *Relatio Prædicamentalis* nos excitet ad officia & actiones præstandas; E. agat. Resp. Etiam imago christi crucifixi excitat ad piam aliquam cogitationem de passione & morte Christi, nec tamen imago illa agit.

§. 11. Denique objicit: Quicquid conservat societates hominum, tum publicas tum privatas, illud agit. Atqui *Relatio Prædicamentalis* hoc facit, quia quamdiu datur *Relatio* inter Patrem & Filiam, conservatur societas paterna; quamdiu datur *Relatio* inter Dominum & servum, conservatur societas herilis; inter Magistratum & subditos, conservatur *Respublica*. Resp. Negatur, *Relationem* conservare societatem. Nam *Personæ*, ut Pater & Filius, sicuti societatem aliquam constituunt, ita quoque eandem conservant, ut ita conservatio illa non *Relationi*, sed *Personis* sit adscribenda. *Que-*

Quæritur
lati

R. Relatio Prædicamentalis, cujus terminus dicitur Accidens, daturur Relationes accidentales seu veliter distinctas, et dicitur Relatio accidentis, seu genere communi, quod Relatio est Accidentis, et esse communi Relationis.

§. 2. Porro ad aliud referuntur, et ponuntur, et tantum alia & relatione dicitur, totum talis consistit, et subiectum dubio subiectum terminum Relationem Transcendit, et consistit in referant unum.

Quaestio IV.

Quaeritur, quomodo definiatur Relatio Prædicamentalis?

§. 1.

Relatio Prædicamentalis est *accidens reale, cujus totum esse est ad aliud referre*. Dicitur *Accidens reale*; quibus verbis excluduntur Relationes divinae, quæ non sunt accidentales seu Accidentia à Substantia DEI realiter distincta, sed substantiales. Deinde excluditur Relatio *Rationis*; ratio est, quia accidens, sub quò relatio quasi species sub genere continetur, verum & reale ens est, quod Relationi *Rationis* non convenit. Unde etiam Accidentis tanquam Ens reale non potest esse commune genus Relationis *Realis* & *Rationis*.

§. 2. Porro dicitur, *cujus totum esse est ad aliud referre*. Per quæ verba, quæ ponuntur loco differentiae, excluduntur non tantum alia accidentia, nempe *absoluta*, sed & relationes *Transcendentales*. Nam quod dicitur, totum esse Relationis Prædicamentalis consistere in *tò ad aliud referre*, sine dubiò subintelligendum erit, tanquam ad purum terminum. Hæc ratione autem Relationum *Transcendentalium* totum esse non consistit in *tò referre ad aliud*, cum illæ non referant unum ad alterum ut purum terminum.

Quæ-

Quaestio V.

Queritur, quanam occurrant in
quâdam Relatione?

§. 1.

Occurrere solent in hac doctrinâ uepsu-
rium sequentia. 1. Relatio. 2. Subje-
ctum. 3. Relatum. 4. Correlatum. 5. Fun-
damentum. 6. Terminus. 7. Ratio termi-
nandi. 8. Ratio fundandi.

§. 2. Relatio est abstractum, siue forma
accidentalis, à quâ denominatio Relato ali-
cui tribuitur: Talis relatio est paternitas: à
paternitate enim dicitur aliquis pater: talis
etiam est filiatio, à filiatione enim dicitur a-
liquis filius.

§. 3. Subjectum est id, quod à relatione
denominatur, v. gr. subjectum paternitatis
est Abrahamus, suscipit enim in se denomi-
nationem Patris respectu Isaaci. Requiritur
autem ejusmodi subjectum ad Relationem,
quia ipsa est accidens. Omne autem Acci-
dens est in Subiecto.

§. 4. Subjectum communiter distingui solet in
Proximum & Remotum. Proximum vocant, cui
Relatio inest mediatè, mediante scilicet Subiecto
primò, e. gr. Cum duo ligna sunt æqualia, æquali-
tas ista est Relatio, hujus Relationis, nempe Æqua-
litas Subjectum proximum esse dicunt Quantita-
tem. Verùm si ex mente Aristotelis hac de re lo-
qui velimus, non nisi unum statuendum erit Sub-
jectum Relationis, nempe Substantia. Nam Sub-
jectum

jectum secundum Philosophum debet esse Substantia & quidem Prima. Ergo Accidens non potest esse Subjectum, & consequenter unum tantum erit Subjectum, nempe Substantia.

§. 5. Quod attinet altatum Exemplum de Aequalitate, ejus Subjectum proximum esse dicitur Quantitas tanquam Accidens. Resp. Aequalitatis illius esse unum Subjectum, nempe Corpus: quod verò Quantitatem attinet, illa non est Subjectum Aequalitatis, sed est saltem Accidens, quò interveniente seu mediante Aequalitas corpori tanquam vero subjecto competit. Nam Accidentia corporibus insunt quòdam ordine, ita ut unum insit corpori mediante aliò, ut tamen alterius Subjectum non sit. E. gr. Primò in corpore datur Accidens, quod dicitur Superficies, mediante hoc Accidens corpori inest aliud Accidens, nempe color, ut tamen Superficies, qua mediante corpori color inest, non sit Subjectum coloris. Sic etiam de Aequalitate sentiendum est, ut scilicet sit Accidens, quò mediante inest ligno ista Aequalitas.

§. 6. Et sanè hæc sententia non videtur esse nulla; nam quomodo quæso Accidens, quod serè non est Ens, recte Aristotele, hoc est debilem admodum existendi rationem habet, poterit esse subjectum & aliud in se sustentare? Medium autem commodius dici potest, quò interveniente Relatio inest vero & propriè sic dicto Subjecto.

§. 7. Dicis: Quantitas ab Aequalitate denominatur & dicitur aequalis, ex quò videtur sequi, quod omninò Quantitas sit Subjectum Aequalitatis. Resp. Nulla est consequentia; non sequitur, hoc ab illò denominatur. E. est ejus Subjectum. Sic Lapis, cum videretur, dicitur visus, & sic à Visione denominatur, nec tamen est Visionis Subjectum: ab adoratione DEUS denominatur, dicitur enim adorari, quis autem dixerit adorationis Subjectum esse

esse DEVM? Deinde quid obstat, quod in nus Accidens denominetur ab altero, quod mediante eo inest subjecto, sicut superficies ab albedine alba dicitur, quia albedo mediante Superficie inest corpori.

§. 8. *Relatum* est concretum à Relatione suam denominationem habens, ut Pater. *Relatum est Denominativum & complectitur utrumque & subjectum & ipsam Relationem. Quemadmodum album complectitur rem aliquam & albedinem, quæ rei isti inest. Est enim nihil aliud album, quam res habens albedinem. Ita Pater comprehendit & Personam, cui paternitas inest, & ipsam paternitatem.*

§. 9. *Correlatum* est ipsum Relatum, quatenus alteri Relato è regione opponitur, ut Pater est Correlatum filii. Est igitur Pater relatum & Correlatum. Relatum in quantum suam appellationem à paternitate habet, Correlatum, in quantum refertur ad filium.

§. 10. *Fundamentum* est aliquid intrinsecum subjecto, propter quod aptum est suscipere Relationem: ita potentia generandi activa Abrahami est fundamentum, propter quod aptus est fieri Pater. Sic lapidi non potest tribui paternitas, quia in lapide nullam paternitatis fundamentam datur, nempe potentia generandi. *Notanter autem non per actum, sed potentiam describitur fundamentum, quod scilicet sit ratio, per quam aliquid aptum est, ad aliud referri. Unde si v. gr.*

Unum

Unum tantum album esset in rerum natura, albedo posset dici fundamentum similitudinis, quia per albedinem unicum illud album esset aptum referri ad aliud album, si aliud album existeret. Si vero fundamentum esset causa Relationem inferens; positio fundamenti semper necessum foret Relationem dari, quod falsum esse ex exemplo allato patet.

§. 11. Quæ non videntur omnia placere Aristoteli Disp. Log. 12. Sect. 1. n. 1. qui fundamentum putat esse Relatum seu Subiectum. Verum videretur esse ambiguitas in voce FUNDAMENTUM. Si enim Fundamentum Relationis illud dicitur, quod recipit & sustentat Relationem, sicut aliud fundamentum dicitur rem sustentare, conceditur totum, quod scilicet subiectum sit fundamentum. Sed hæc acceptio huius loci non est. Si vero fundamentum sumitur pro eo, quod aptum est habere Relationem, fundamentum quæ tale, non potest esse Subiectum, cum Subiectum recipiat Relationem, fundamentum autem eam non recipit, sed per illud recipitur in Subiecto. DICO quæ tale: Nam quoad rem ipsam fundamentum potest esse Subiectum, ut paulo post dicitur.

§. 12. *Terminus* est Subiectum oppositæ Relationis, in quod Relatio tendit, ut Isaacus, quatenus paternitas, per quam Abrahamus Pater ejus constituitur, in ipsum tendit.

§. 13. *Terminus* igitur & *Subiectum* Relationis idem sunt diversa tamen ratione. Nam Abrahamus est *Subiectum* paternitatis, quatenus ad Isaacum refertur, diciturque Pater Isaac. Est etiam Abrahamus *terminus* filiationis,

tionis, quatenus ad ipsum Isaac refertur, diciturque Abrahami filius.

§. 14. *Ratio Terminandi* est aliquid intrinsecum termino, per quod aptus est, ut ad ipsum aliquid referatur.

§. 15. *Ratio fundandi* est conditio aliqua media inter fundamentum & terminum, sine qua inter illa actu non consurgit Relatio: talis ratio fundandi est *generatio*, quæ intercedat inter Abrahamum & Isaacum necesse est, ut Abrahamus dicatur Pater, Isaacus verò filius. Positò enim Abrahamum & Isaacum, qui fuerunt Pater & Filius, immediate à DEO fuisse creatos, cum omnibus proprietatibus absolutis, si inter eos non intervenisset generatio, nec ille Pater hujus, nec hic Filius illius esse potuisset.

§. 16. *Non in omnibus Relationibus reperitur hujusmodi ratio fundandi realiter distincta à fundamentò.* Nam v. gr. *similitudo*, quæ album albo simile dicitur, est Relatio, cujus fundamentum est albedo, terminus alterum album, quibus ita positò, in rerum naturâ, sine additâ aliâ conditione, consurgit Relatio, Similitudo, ut præter albedinem tanquam fundamentum opus non sit aliâ conditione tanquam ratione fundandi, quæ à fundamentò sit distincta. Notanter dico, quæ à fundamentò realiter sit distincta. Nam ad omnem Relationem requiri rationem fundandi, cõceditur; sicut enim ad

omnem

omnem Relati
feratur ad
inquiritur, ut
re referuntur
item realiter
nemò disting

Quæritur,
suo requ

Negativa
28. q. 23.

quæ refertur ad
non-ens r

12. Eand

lari. Medina

adfert argum

re realiter in

obectum exist

atum non e

ut hoc modo

unc relatione

strahit ab ex

e. 2. Logica
tatione reali
est, quia est
§. 3. Hicce

omnem Relationem requiritur, ut unum actu referatur ad aliud; ita ad omnem Relationem requiritur, ut adsit id, per quod unum ad alterum refertur, & hoc est ratio fundandi; eam autem realiter & quidem semper à fundamentò distingui negatur.

Quaestio VI.

Quaeritur, An ad Terminum necessariò requiratur, ut sit reale & positivum quid?

§. 1.

Negativa tribuitur Gregorio in 1. distinct. 28. q. 23. ubi docet, posse non tantum aliud quid referri ad non-ens sed vice versà posse etiam non-ens realiter referri ad ens.

§. 2. Eandem sententiam defendit etiam Barib. Medina, qui ad probationem ejus duo adfert argumenta. 1. Omnis scientia refertur realiter in ratione mensurati ad suum objectum existens. E. etiam realiter ad objectum non existens. Consequentiam probat hoc modo: nam existentia nihil facit ad hanc relationem, quia objectum mensurans abstrahit ab existentia, quia est quid Universale. 2. Logica refertur ad suum objectum relatione reali, & tamen objectum nullò modo est, quia est Ens rationis.

§. 3. Hisce addi possunt alia, & quidem

§. 2

3. Esse

3. Effectus refertur ad causam, causa autem interdum est non-Ens, ut finis. E. Terminus ad quem aliquid refertur, est interdum non-Ens. 4. Si Relatio totam suam realitatem habet à Fundamentò, sequitur quod non requiratur terminus realis & positivus. Verum, est prius, E. & posterius.

§. 4. Verum probabilior est opposita sententia, quam probat *Svarez Disp. Metaph. 47. Sect. 8. n. 7.* ex principiis receptis de Relatione, quod positò terminò ponatur Relatio, & sublatò terminò tollatur. Quo igitur non existente tollitur Relatio, ejus existentia necessaria est ad relationem. Atqui non existente terminò tollitur relatio. E. existentia termini est necessaria ad relationem. Major est certa. Minor est principium de relatione receptum, ut loquitur *Svarez*.

§. 5. Ad argumenta facillè respondetur. Et quidem ad (1.) dicendum, quod totum concedi possit, cum nostræ sententiæ planè non obstat. Probat enim saltim hoc, quod Scientia possit referri ad non existens, quod ad præsens nihil facit, quia sermo hic est de Relatione prædicamentali. Scientiæ autem Relatio ad scibile est transcendentalis, cum ad scibile referatur Scientia, non ut purè terminum, sed etiam ut ad objectum. Possit, etiam in argumentò negari consequentia: quod probationem attinet, dicitur, existentiam

am nihil fac
am tanquam
rahat. Sed p
mum enim e
abstrahat:
it, quod eam
erfale omnin
iversalia re
alationu.
§. 6. Ad (2)
objectum suum
hoc argu
Negatur e
in syrationis
mentò præ
§. 7. Ad (3)
tempore effectus
atione prædic
cum causam
intura.
§. 8. In (4)
tò enim, què
tudine ad al
(nempet
& consequè
habere nequ
minus Relatio
tò debeat esse
§. 9. Unde m
modo de esse

tiam nihil facere ad Relationem, cum ob-
jectum tanquam Universale ab existentia ab-
strahat. Sed petitur id, quod in principio,
falsum enim est, quod Universale ab existen-
tia abstrahat: id enim ab existentia abstra-
hit, quod eam non includit. At verò Uni-
versale omninò existentiam includit, cum &
Universalia reverà existant; *quamvis in sin-
gularibus.*

§. 6. Ad (2.) Resp. Logica non habet ad
objectum suum *prædicamentalem Relationem*,
unde hoc argumentum ad præsens nihil facit.
Negatur etiam, quod Logicæ objectum
sit *ens rationis*, quod tanquam certum in ar-
gumentò præsupponitur.

§. 7. Ad (3.) eadem responsio redit, quia
nempe effectus ad causam non refertur Re-
latione prædicamentali, sed transcendentali,
cùm causam non respiciat ut purum ter-
minum.

§. 8. In (4.) negatur antecedens. Eò ip-
sò enim, quò Relatio consistit in nudà ha-
bitudine ad alterum, patet, quod sine alte-
rò (nempe terminò existente) esse non pos-
sit, & consequenter esse suum à solò fundamē-
tò habere nequeat. Manet ergò, quod ter-
minus Relationis Prædicamentalis necessa-
riò debeat esse existens.

§. 9. Unde multi terminum Relationis quo-
dammodo de essentia Relationis esse ducunt &
ideo

ideo movent, quod essentia dupliciter accipitur (1.) Pro essentia, ut est in se, & quod hoc modo est de essentia, id omnino intrinsecum & idem cum re, de cuius essentia existit, & sic à Philosophis unò quasi ore conceditur, Terminum non esse de essentia Relationis, cum non sit intrinseca pars, neque Genus aut Differentia intrinseca Relationis. (2.) Essentia aut de Essentia illud dicitur, quod in definitione ponitur: hac ratione dicunt terminum esse de essentia Relationis, quia non potest Relatio secundum propriam rationem concipi & definiri, quin in tali conceptu aut definitione terminus includatur.

Quæstio VII.

Quæritur, An Terminus Relationis formaliter sit absolutus, an verò respectivus?

S. I.

Quia Relatio est accidens, per quod aliud secundum esse suum tantum ad aliud refertur, videndum est, quid per illud, ad quod Relatio refertur, intelligatur. Nihil autem intelligitur aliud, quam Terminus, qui est id, in quod tendit Relatio, e. gr. Pater refertur per paternitatem ad aliam personam, quæ dicitur filius. Ut autem explicetur natura Termini, videndum, an Terminus sit formaliter absolutus, an verò respectivus?

viii

um quid? Posterius hoc affirmant Cajeta-
nus, Fonseca & alii, quorum sententia pro-
batur h. m.

*Si Pater, v. gr. Sophroniscus refertur ad fili-
um, non ut est filius, sed ut persona, sequi-
tur, quod quia persona illa prius est per-
sona, quam filius: Ita Pater prius sit Pa-
ter, quam habeat filium. Consequens est
absurdum. E. & Antecedens. Conse-
quentia probatur, quia tunc est Pater,
quando refertur, refertur autem ad Per-
sonam, non ut est filius, sed ut est Persona.
E. eatenus erit Pater, quatenus refertur
ad Personam. Quatenus autem ad perso-
nam refertur, nondum concipitur, quod
habeat filium. E. erit Pater, quando
nondum habet filium.*

§. 2. Deinceps eadem sententia exinde
probatur: Relatum definitur per correla-
tum, E. refertur ad correlatum, illud autem
est respectivum.

§. 3. Verùm cum hæc controversia non
tàm utilitatem, quàm difficultatem habeat,
ideò pauca de eâ dicturi sumus. Notan-
dum autem ex *Suarezio Disp. Metaph. 47.
sect. 16. n. 2.* quæstionem non esse de formali
denominatione Terminii ut actu terminatis,
sic enim non est aliquid in re terminante,
sed est denominatio extrinseca, sumta ex eò,
quod aliud tendat in ipsam: *sed est quæstio*

de formâ & ratione, que in re, que terminus est, requiritur, ut sit apta ad terminandum: sic v. gr. visum esse, non est aliquid in pariete, sed est denominatio extrinseca, & est formaliter idem videri, quod terminare visionem, nihilominus tamen requiritur in pariete aliqua forma, quâ constituitur aptus ad terminandam visionem, & est color; Ita, cum dicitur aliquid actu terminus Relationis, est hæc denominatio extrinseca, sumpta ex hoc, quod ab aliò aliquò respiciatur actu, supponitur tamen ratio vel causa aliqua in termino, ob quam aptus sit terminare Relationem, cum non omnes res possint quamcunque Relationem terminare, sicut positio pariete albo, alius paries niger non potest terminare Relationem, quâ ille dicitur similis huic; si autem & alius albus sit, hic aptus est, ut sit terminus similitudinis illius. De hac igitur ratione terminandi hæc queritur, an sit absolutum, an respectivum quid?

§. 4. Quod autem terminus seu ratio ista terminandi sit absolutum quid, probatur hoc modo: *Quod natura prius est Relatione, illud non inclinat formaliter Relationem, sed est res absoluta. Atqui terminus natura prior est Relatione. Ergo non inclinat formaliter Relationem, sed est res absoluta.* Major patet: quod enim est, cum Relatio nondum est, vel nondum esse concipitur, illud non potest esse rela-

relativum
rit ergo ab
quia Termi
re Relatione
terminare R
minat, natu

§. 5. De
sed per abso
dat Relation
ti, cur unum
autem forma
Relationis;
tur ad Patre
Pater refert
tionem opp
nit, At
opposita, se
aut potentia

§. 6. In
quentia. Li
naturâ sit So
enim Pater
ut est Socrat
necesse est. S
quam habeat
prius naturâ
terminatur
scum, non ut
scus, unde qu
quò termina

relativum quid, cum nulla adsit Relatio, erit ergò absolutum quid. Minor probatur, quia *Terminus est id, quod aptum est terminare Relationem, illud autem, quod aptum est terminare Relationem, nec semper actu terminat, naturâ prius est actuali Relatione.*

§. 5. Deinde non per aliquod relativum, sed per absolutum, formam scilicet, quæ fundat Relationem oppositam, satis fit querenti, cur unum referri possit ad aliud? Illa, autem forma est terminus vel ratio termini Relationis; sic si queritur, cur filius refertur ad Patrem? Non rectè respondetur, quia Pater refertur ad filium, adeoque per Relationem oppositam, sed quia Pater ipsum genuit. Atque sic terminus non est Relatio opposita, sed aliquid absolutum, vis scilicet, aut potentia generativa.

§. 6. In (1.) argumentò negatur consequentia. Licet enim v. gr. Socrates prius naturâ sit Socrates, quàm filius, terminatur enim Paternitas Sophronisci ad Socratem, ut est Socrates, non ut est filius; non tamen necesse est, Sophroniscum prius esse Patrem, quàm habeat filium, quia Sophroniscus est prius naturâ Sophroniscus, quàm Pater, & terminatur filiatio Socratis ad Sophroniscum, non ut est Pater, sed ut est Sophroniscus, unde quia eò ipsò naturæ momentò, quò terminatur Paternitas Sophronisci ad

S §

Socra-

Socratem, ut est Socrates, etiam filiatio Socratis terminatur ad Sophroniscum, ut est Sophroniscus, Sophroniscus non est prius Pater, quam habeat filium.

§. 7. In (2.) Argumentò negatur, quod Relatum definiatur per Correlatum *formaliter* sumtum, quamvis concedatur, quod definiatur per Correlatum *materialiter* sumtum. Unde si quicquam concludi potest hòc argumentò, hoc erit, quod Relatum referatur ad Correlatum *materialiter* sumtum, h. m. autem Correlatum non est *respectivum*, sed *absolutum* quid.

Questio IIX.

Queritur, An Relatio à Fundamento suo realiter differat?

§. I.

Sunt, qui dicunt Relationem differre realiter à fundamentò, *sumt à distinctione realitate, prout etiam comprehendit modalem, que sententia sequentibus rationibus videtur probari posse.* (I.) Quorum unum esse potest sine alterò, illa differunt realiter. Atqui fundamentum potest esse sine Relatione in rerum naturâ. E. Relatio & fundamentum differunt realiter. Minor probatur, quia v. gr. in homine potest esse fundamentum Paternitatis, potentia scilicet generandi, vel ipsa Per-

Persona ho
Relatio
scipius est S
est esse iden
esset Substa
aliquid rea
guitur ab e
latio denon
trinsecè. E
Major prob
qua antea e
& quidem i
ab aquâ rea
Paternitas
tum, is eni
Pater, à R
tate voca
§. 2. A
tionem dist
sed ratione
damentum
ptime ren
dum est, Re
liquam rea
proprium R
vero, non est
tara rei dist
sed esse in re
tamen absol
aliam, qua

Personā hominis, ut tamen nondum adfit Relatio sive Paternitas. (II.) Fundamentum scēpius est Substantia. E. Relatio non potest esse idem cum fundamentō, quia aliās esset Substantia. (III.) Quicquid denominat aliquid realiter intrinsecē, id realiter distinguitur ab eō, quod denominatur. Atqui Relatio denominat fundamentum de novō intrinsecē. E. realiter differt à fundamentō. Major probatur exemplō caloris, qui aquā, quæ antea erat frigida, de novō denominat & quidem intrinsecē, & distinguitur etiam ab aquā realiter. Minor probatur, quia v. gr. Paternitas de novō denominat fundamentum, is enim, qui antea non denominabatur Pater, à Relatione denominatur, & à Paternitate vocatur Pater.

§. 2. Alii autem statuunt, nullam Relationem distingvi realiter à suō fundamentō; sed ratione tantum ratiocinatā habente fundamentum in re. Svarez disp. 47. sect. 2. Optimè rem explicat his verbis: *Intelligendum est, Relationem quidem dicere formam aliquam realem & intrinsecē denominantem proprium Relativum, quod constituit; illam vero, non esse rem aliquam, aut modum ex naturā rei distinctum ab omni formā absolutā; sed esse in re formam aliquam absolutam, non tamen absolutè sumtam, sed ut respicientem aliam, quam denominatio Relativa includit*
see

seu connotat. Ita ut similitudo v. gr. aliqua forma realis sit existens in re, quae denominatur similis: illa tamen non sit in re distincta ab albedine, quantum ad id, quod ponit in re, quae dicitur similis, sed solum quantum ad terminum, quem connotat. Et ita similitudo in re non est aliud, quam ipsamet albedo, ut respiciens aliam albedinem tanquam ejusdem seu similis rationis. Hæc Suarez.

§. 3. Quæ sententia ut ulterius explanatur, notandum est, Relationem formaliter importare aliquid partim intrinsecum subjecto, partim extrinsecum. Intrinsecum est ipsi Fundamentum; Extrinsecum vero terminus. Si Relatio sumitur tantum quoad intrinsecum, à Fundamentò non differt realiter; si verò secundum totum suum formale, prout includit etiam terminum tanquam extrinsecum quid, realiter differt à Fundamentò ratione scilicet termini, qui à fundamentò realiter distinguitur; quod autem Relatio à Fundamentò realiter non distinguitur, exinde manifestum est, quia si realiter ab eò distingueretur, adferret subjectò aliquam mutationem; at verò hoc falsum est, cum enim homini advenit paternitas, nemo dicit hominem per paternitatem tanquam Relationem *mutari*.

§. 4. Ad (1.) Resp. limitando majorem h. m. Quorum unum potest esse sine alterò, id

Id eà ratione
realiter diff
esse sine Re
est, nempe
realiter diff
spectatur ra
ni. Sic con
verò Minor
potest esse
quod Relat
cum import
quod Relati
importat, e
mentum au
§. 5. A
lum esse, qu
cibus Præ
47. lect. 7.
Accidens P
seum vocat
realiter, ut
mentale aut
mentò Acc
Substantian
dens Physic
Prædicamen
dem cum Fu
docet Suarez
iam Substan
dens Prædic

id eâ ratione, quâ sine eò esse potest, ab eò realiter differt. Atqui Fundamentum potest esse sine Relatione quoad extrinsecum scilicet, nempe Terminum. E. Fundamentum realiter differt à Relatione, quatenus hæc spectatur ratione extrinseci, nempe Termini. Sic conceditur totum argumentum. Si verò Minor ita intelligitur, Fundamentum potest esse sine Relatione etiam quoad id, quod Relatio tanquam Subjecto intrinsecum importat, negatur Minor. Id enim, quod Relatio tanquam Subjecto intrinsecum importat, est ipsum Fundamentum, Fundamentum autem à seipso non differt realiter.

S. 5. Ad (2.) Resp. Sunt, qui negant, falsum esse, quod Substantia non possit esse Accidens Prædicamentale. Sic Svarezius disp. 47. sect. 7. n. 8. statuit & distingvit inter Accidens *Physicum* & *Prædicamentale*. *Physicum* vocat, quod à Substantiâ distingvitur realiter, ut calor respectu ignis. *Prædicamentale* autem, quod est in aliquò Prædicamentò Accidentis. Hisce præmissis dicit, Substantiam quidem non posse esse Accidens *Physicum*, posse tamen esse Accidens *Prædicamentale*. Cum igitur Relatio sit idem cum Fundamentò, quod est Substantia, docet Svarezius, illam Relationem esse etiam Substantiam, ut nihilominus sit Accidens *Prædicamentale*, licet non sit *Physicum*.

Pro-

Probat hanc suam sententiam exemplo *derationis*, quæ quando Substantiæ tribuitur, est ipsa Substantia, & tamen etiam Accidens Prædicamentale & vel in Prædicamentò *Quantitatis*, vel in Prædicamentò *Quando* ponitur.

§. 6. Ad (3.) Resp. limitando majorem. Quicquid denominat aliquid de novò tantum intrinsecè, id ab eò, quod denominatur, differt realiter; sic negatur Minor. Relatio enim denominat subjectum non tantum intrinsecè, sed & extrinsecè, nempe ratione Terminii, quem involvit Relatio, de eò autem, quod partim intrinsecè, partim extrinsecè denominat, Major est falsa.

Questio IX.

Queritur, Quales sint Relationes DEI ad Creaturas?

§. 1.

Relationes divinx sunt in duplici differentia. Aliæ dicuntur ad *Intra*. Aliæ ad *Extra*. Ad *Intra*, ut cum persona una refertur ad alteram, Pater ad Filium, Filius ad Spiritum Sanctum, & sunt v. gr. Paternitas, Filiatio, Spiratio. Ad *Extra*, per quas DEUS refertur ad Creaturas, ut cum dicitur Dominus creaturarum, Creator, Gubernator & Conservator.

§. 2.

§. 2. De Relationibus ad *Extra* contro-
 versia agitur, an ex parte DEI sint reales?
 Multi sunt, qui negativam defendunt, dicen-
 tes eas ex parte creaturarum esse quidem
 reales, non autem ex parte DEI, in DEO e-
 nim reales esse negant, & docent esse saltim
 Relationes Rationis. Ita inter alios etiam
 docet Becanus *Theolog. Scholast.* tract. 1. c.
 9. q. 13. n. 10. qui utitur hōc argumentō: *Si*
talis Relatio in DEO est realis, aut est Predi-
camentalis, aut Transcendentalis. Nunc enim
est verum. E. non est realis. Consequentia est
certa. Consequens autem quo ad utramq[ue] par-
tem esse falsum, probat h. m. Si est Predi-
camentalis, erit Accidens. DEUS autem non
est capax illius accidentis: nec etiam est Re-
latio Transcendentalis, quia hac facit rem es-
sentialiter referre ad aliud. At vero DEUS
non refertur essentialiter ad Creaturas, alio-
quin essentialiter dependeret à Creaturis, tan-
quam à terminō, quem essentialiter respiceret.
DEUS autem essentialiter est independens ab
omni creaturā.

§. 3. Addunt alii, ad Relationem realem
 requiri Ordinem, inter DEUM autem &
 Creaturam nullus ordo datur.

§. 4. Verum sententia hæc non videtur
 admittenda, unde dicendum potius istas Re-
 lationes, per quas DEUS ad Creaturas re-
 fertur, esse reales, quod probatur h. m.

Quæ

§. 6. Quod dicit *Becanus*, Prædicamentalem Relationem esse Accidens, in DEUM autem non cadere Accidens: ad id respondetur, in DEUM non cadere Accidens, quod scilicet in ipsò recipiatur per potentiam passivam, & hoc quoque non fit, licet DEO tribuatur Relatio Prædicamentalis. Nam si v. gr. Relatio, quâ DEUS ad Creaturas ut Dominus refertur, DEO tribuitur, importat potissimum duo. 1. Fundamentum, 2. Terminum. Quoad Fundamentum in DEO non recipitur per potentiam passivam, quia Fundamentum istud est idem cum essentiâ divinâ, *quodcumque etiam ex attributis dicatur Fundamentum*: multò minus Relatio ista in DEO recipitur per potentiam passivam *ratione terminis*. Nam Terminus est creatura, quæ est extra DEUM. Patet ergò, quod Relatio, licet dicatur Prædicamentalis, non sit Accidens in DEO receptum per potentiam passivam, quâ ratione etiam non tollitur in DEO simplicitas.

§. 7. In alterò de Transcendentali Relatione negatur, quod omnis Relatio Transcendentalis sit *essentials*. Essentiale enim est, quod ad primum rei conceptum spectat. At verò quis dixerit ad primum conceptum v. gr. *Saroris spectare, ut ad hanc vestem referatur*, quæ est Relatio Transcendentalis? Idem de aliis sentiendum.

T

§. 8.

§. 8. Quod alii dicunt, ad Relationem requiri *Ordinem*, id, si *Ordo* propriè sumitur, destruit naturam Relationum. Nam *Ordo* propriè importat *primum & posterius*; at verò Relatorum unum non est prius vel posterius alterò. Confugiunt quidem ad explicationem hujus *Ordinis*, & per illum intelligi dicunt tantùm *inclinationem unius ad alterum*. Verùm si duo alba dicuntur similia, nulla inter illa est inclinatio, possunt ergò Relata esse sine inclinatione unius ad alterum.

Questio. X.

Queritur, An Relationes DEI ad intra importent perfectionem?

MISSIS illis, quæ Aureolus, Ocham & Gabriel 1. *Dist.* 19. disputant, simplicissimè responderi potest, quod omninò Relationes DEI ad intra importent perfectionem; Ratio est, quia sunt à parte rei idem cum essentiâ divinâ. Sicut enim hæc est perfectissima, ita Relationes quoque non possunt non importare perfectionem.

Questio XI.

Queritur, An Relatum definiri possit per Correlatum?

Vel:

An in definitione Relati, v. gr. Patris ponatur debeat Correlatum, v. gr. Filium?

S. r. **A**ffirmativam sententiam videtur

COR-

confirmare ipse Aristoteles, qui 6. Top. 4. §. 13. cum monuisset, oppositum non esse definiendum per oppositum, ita scribit: *Sed non est ignorandum, quaedam fortasse non posse aliter defini, ut duplam non posse defini sine dimidio, & quaecunque per se ad aliud referuntur, nempe Relata, in his omnibus eadem est essentia, & ad aliquid quodammodo affectum esse. Quare fieri nequit, ut sine alterius notitiâ comparetur, proinde necesse est, ut in alterius definitione alterum quoque comprehendatur.*

§. 2. Idem Lib. Categ. c. 7. Relatum explicat per Correlatum, cum juxta ipsum non recte dicatur, servum esse hominis servum, sed servum esse Domini servum,

§. 3. Pro confirmandâ hâc sententiâ Ruvius c. 7. ad aliquid quest. 8. n. 71. urget autoritatem Porphyrii, qui Genus definit per speciem, cum dicit: *Genus est, quod predicatur de specie differentiibus.* Genus autem & Species sunt Relata. E. unum Relatum per alterum defini potest.

§. 4. Nos missis his dicimus cum Mendoza Disp. Metaph. 15. sect. 7. §. 55. Relatum non esse definiendum per Correlatum, & per consequens nec per se invicem definienda esse Relata. Ratio est, quia juxta Regulam Aristotelis, definitio debet constare ex prioribus; at verò Correlatum non est prius Relato, cum Relata sint simul. Et si in definitio-

ne Relati ponitur Correlatum, idem certè definitur per seipsum, sive in definitione ponitur sui ipsius e. gr. Si Pater definitur, quod sit is, qui habet filium, sensus hujus definitionis erit hic: *Pater est is, qui habet eum, qui habet Patrem*; nam definitio potest stare pro suo definitò. Confirmatur hæc sententia ipsa praxi Aristotelis. Nam *Materia & Materialium, Definitio & Definitum, Relatum & correlatum* sunt. At in definitione *Materia* non posuit vocem *Materialium*, sed dixit *eam esse id, ex quò aliquid fit, cum in sit, esse Subiectum cujusque rei*. Sic *Definitionis naturam non per Definitum, sed per Oracionem significantem, quid res sit, explicavit 1. Topic. c. 5.*

§. 5. Ad rationes contrarias antequam respondeatur, sciendum est, Relatum & Correlatum posse considerari dupliciter (1.) *Formaliter*, & ut Relatum & Correlatum est, & formaliter alteri Relato opponitur. (2.) *Materialiter*, seu pro subjecto Relationis. Sic Pater considerari potest 1. quatenus paternitatem, & filius, quatenus filiationem includit, quâ ratione *formaliter* spectantur. 2. Si Pater & Filius ut *homines* considerantur; considerantur *materialiter*.

§. 6. Jam ad (1.) Aristotelis locum respondetur concedendo, Relatum definiri per aliud, ad quod refertur, idque Correlatum est, sed negatur definiri debere per id, ad

quod refe
um & ipsi
non defini
posita coram
§. 7. Ad
eg. c. 7. Res
definiendi R
mandam co
Aristoteles s
exprensus, n
ex modo talis
instrumentum
nis compos
§. 8. Der
pyrii Resp.
acionem Re
latum, si se
latum non
nem Relati.
itur Species
est tolerari,
latur definit

Queritur
Divisio R
paran
Orationem
nem han

ad quod refertur, ut formaliter est Correlatum & ipsi oppositum, cum ipse Philosophus non definiuerit Relata per Correlata & opposita eorum formaliter sumta.

§. 7. Ad (2.) locum Philosophi *lib. Categ. c. 7.* Resp. Eum ibi non agere de modo definiendi Relata, sed proponere saltim, quandam eorum proprietatem. Nam ipse Aristoteles *Servi naturam lib. 1. Polit. c. 4.* exprimens, non usus est voce *Dominius*, sed ex ipsò talis colligitur Definitio: *Servus est instrumentum Patri familias animatum, rationis compos, quod totum est ipseus.*

§. 8. Denique (3.) ad Autoritatem Porphyrii Resp. Posse certò modò tolerari definitionem Relati per Correlatum formaliter sumtum, si scilicet Correlatum formaliter sumtum non vicissim ingrediatur definitionem Relati. E.gr. in definitione *Generis* ponitur *Species* tanquam Correlatum, hoc potest tolerari, quia *Genus* non vicissim ingreditur definitionem *Speciei*.

Questio XII.

Queritur, quomodo intelligenda sit
Divisio Relatorum in Relata Aequi-
parantia & Disquiparantia?

§. 1.

Lovanenses *Lib. Categ. c. 7.* Distinctionem hanc ex æquali vel inæquali nobilitate

T 3

tate

tate declarant. His igitur Relata *Æquiparantia* erunt, quæ eandem dignitatem habent ut sunt similes amici. Relata autem *Disquiparantia* erunt, quæ eandem dignitatem non habent, ut Dominus & Servus. Verum ex varietate ista Nobilitatis & Dignitatis non sumitur nisi discrimen *accidentale*, non verò specificum sive *essentiale*.

§. 2. *Combr. in lib. Categ. c. 7. q. 2. n. 2.* Relata *Æquiparantia* vocant illa, quæ idem nomen habent, talia sunt *Dissimile*, *Simile*, utrumque enim horum Relatorum eandem appellationem suscipit, sic ut & Relatum dicatur *simile* & Correlatum. Relata verò *Disquiparantia* vocant, cum nomina *Relati* & *Correlati* sunt diversa, ut Pater & Filius, Dominus & Servus. Sed hæc Differentiæ iterum nimis sunt *accidentales*, & coincidit hæc Divisio cum illâ, quâ Relata quædam dicuntur *esse ejusdem nominis*, ut *Simile*, *Dissimile*; quædam verò *diversorum nominum*, ut Pater & Filius, Dominus & Servus.

§. 3. Alii dicunt, Relata *Æquiparantia* ea esse, cum *fundamenta sunt ejusdem rationis*, *Disquiparantia* ea, cum *fundamenta sunt diversarum rationum*. Et hæc descriptiones videntur cæteris probabiliore. Nam Relationes suam formalitatem à *fundamentò* habent, imò secundum rem sunt ipsum *fundamentum*; hinc quando est *diversa ratio fundamen-*
damen-

damentorum, Relationes etiam sunt diversarum rationum & tunc dicuntur *Diq̄uiparantive*. Quando autem fundamenta sunt ejusdem rationis, etiam Relationes sunt ejusdem rationis, & hæc appellantur *Acq̄uiparantive*.

Questio XIII.

Queritur, quænam sint Relatorum πρροκολεθημετα, quæ vulgò appellantur Proprietates?

§. I.

Hæc Philosophus *lib. Categ. c. 7. §. 3. & seqq.* annotavit. (I.) est: *Relatis inest Contrarietas*. Hoc *πρροκολεθημετα* non competit Relatis per se, & quatenus sunt Relata, sed *ratione fundamenti*, vel ratione eorum, quibus Relatio accidit, ita, ut si fundamentum vel id, cui Relatio accidit, contrarium habet, ipsa Relata dicantur habere contrarium. E. gr. album simile est alteri albo; & sic est Relatum ratione similitudinis, habet igitur hoc Relatum *aliquod contrarium*, nempe nigrum, quia id, cui similitudo tanquam relatio accidit, nempe *album*, habet contrarium. Contra autem Pater, quod est Relatum, nullam agnoscit contrarium, quia id, cui Relatio accidit, nempe homo, contrarium non habet.

§. 2. *Inquis*: Quæcunque habent contrari-

T 4

trari-

trarium, illa contrariè opponuntur: Relata non opponuntur contrariè. Ergò non habent contrarium. *Major* probatur quia contrarium habere nihil aliud est, quàm alteri opponi oppositione contrariâ. *Minor* probatur, quia Relata opponuntur relativè. Ergò non contrariè. Resp. Aristotelem, quando dicit *Relata habere contrarium*, loqui ex Veterum sententiâ, qui de Relatis minus accuratè disputarunt. *Strictè* autem loquendo Relata *per se & ratione sui* non habent contrarium. Adde, quod Relata non dicantur habere contrarium eò sensu, quasi Correlatum sit illud contrarium, sed aliud contrarium est assignandum, v. gr. *Scientia* dicitur Relatum, cujus Correlatum erit scibile. Jam cum scientia dicitur habere contrarium, id non est rò scibile, sed ignorantia. Ut ita Relatis insit contrarietas non *ratione ipsorum*, sed *ratione fundamenti*. Quod non comperit omnibus Relatis, nihil enim contrarium est duplo aut triplo, neque solis.

§. 3. (II.) *Relata recipiunt magis & minus*. Neque hoc omnibus competit Relatis, nec etiam *per se*, sed *ratione fundamenti* intelligenda est hæc regula. E. gr. quia album recipit magis & minus, ideò simile (ratione albedinis) recipit magis & minus, cum unum magis, alterum minus simile dicatur, & quidem *ratione fundamenti*, scilicet albedinis.

dinis. *Verb*
nas in lat
nus recipi
§. 4. (III)
ad ea; que
periuntur
cantur. *Rel*
plicentur,
plicentur
explicentur
dem, sive p
dem casus.
Dominus,
verios casu
ria, ubi no
ntia scibi
bile.
§. 5. *Q*
semper fier
vocalula,
telt Corre
spectum a
latum alio
non potes
li in casu
liquod, qu
ficetar, fin
Relati ded
mine capu
scilicet ca

dinis. *Verbò*: Relata recipiunt magis & minus in latâ significatione, prout magis & minus recipere competit etiam quantitati.

§. 4. (III) Relata dicuntur *πρός ἀλλήλων* & *ἑκάτερον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου* ad eas, quæ convertuntur. Ubi per eas, quæ convertuntur, intelliguntur ea, per quæ explicantur Relata, ita ut ipsa vicissim per ea explicentur, & sensus regula est: Relata explicantur mentione eorum, quæ vicissim explicantur mentione ipsorum, sive per eosdem, sive per diversos casus id fiat. Per eosdem casus, ut patet si dico; *Dominus est servus Dominus, & servus est Domini servus*. Per diversos casus si dico: *Scientia est scibilis scientia*, ubi non vicissim dicitur, & *scibile est scientia scibile*, sed *scientiâ vel per scientiam* scibile.

§. 5. *Objicis*: Talis convertentia non semper fieri potest, quia saepe non habemus vocabula, quibus convenienter exprimi potest Correlatum, v. gr. si caput haberet respectum ad hominem, vel potius ad Correlatum aliquod; illud Correlatum significari non potest convenienti vocabulo. Resp. Tali in casu licet *ἰσὺ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου*, seu nomen aliquod, quò convenienter Correlatum significetur, fingere, quod fit, quando à nomine *Relati* deducitur *denominativum*, sicut à nomine caput deduci potest *denominativum*, scilicet *capitatum*, & sic refertur caput ad

T s capita.

capitatum, ut sit capitati capus, & ut capitati sit capitis capitatum. Sic clavus est clavati clavus & clavatum clavi clavatum: ala est alati ala & alatum est ala alatum.

§. 6. Si æqualis rerum & verborum esset copia, nova fingere vocabula utique supervacanea esset; nec enim entia sunt multiplicanda præter necessitatem: quia verò Oratorum certa est multitudo, res numerò autè sunt infinitæ, ne perpetuis uti cogantur homonymiis, opus erit amplò vocabulorum apparatu. Hæc nimium necessitate ducti, Aristoteles l. 3, Phys. c. 9. t. 1. 18. vocem *ἰτελῆξια*, & Scaliger Exerc. 369, f. 2. *εὐταυρίας* excogitarunt. Et verat Plato, Philosophos *ἰδὴν ἰνέειν ἢ δέξασθαι*, hoc est, esse vocabulorum mancipia; Ita licuit Theologis vocem *δεδωριστος* & Trinitatis contra Arrium; Jcis feuda & Vasallos; Medicis, julapia, si rupos effingere.

§. 7. Porro objicit: *Quicquid non competit soli alicui, non est proprietas. Atqui dicitur $\pi\tau\acute{o}\varsigma$ $\alpha\upsilon\lambda\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\tau\iota$ $\Phi\omega\tau\acute{\alpha}$, non competit solis Relati. E. non est proprietas. Minor probatur, quia etiam homo & risibile, quæ non sunt Relati, convertuntur h. m. Omnis homo est risibilis & omne risibile est homo. Resp. negando Minorem, homo & risibile non dicuntur $\pi\tau\acute{o}\varsigma$ $\alpha\upsilon\lambda\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\tau\iota$ $\Phi\omega\tau\acute{\alpha}$. S. iendum itaque, aliud esse, aliqua dicitur $\pi\tau\acute{o}\varsigma$ $\alpha\upsilon\lambda\upsilon\sigma\acute{\epsilon}\tau\iota$ $\Phi\omega\tau\acute{\alpha}$ seu ad ea, quæ convertuntur; aliud verò, aliqua converti seu recipiari. Illa converti & recipiari dicuntur quorum unum de alterò universaliter affirmari potest. Sicut risibile de homine, & homo*

do

de risibili univ^{er}saliter affirmatur. At hæc non dicuntur ad ea, quæ convertuntur. Illa igitur dicuntur πὸς εἰς ἕξ ἑσῶν, quorum unum exprimitur per habitudinem ad alterum in casu obliquo positum. v. gr. Dominus explicatur per servum, vel per habitudinem & respectum ad servum in casu obliquo positum. Nam dico. Dominus est servi Dominus, & vicissim servus est Domini servus. Licet igitur homo & risibile convertantur, non tamen dicuntur ad ea, quæ convertuntur; non enim homo explicatur per habitudinem ad τὸ risibile in casu obliquo positum, nec risibile per habitudinem ad hominem; non enim dico: risibile est hominis risibile.

§. 8. (IV.) Relata sunt simul naturâ. Ad hoc, ut aliqua sint simul naturâ, duo requiruntur. 1. est, ut reciprocentur quoad essendi consequentiam, hoc est, ut ex eò, quod unum est in rerum naturâ, sequatur & alterum esse, & vice versâ. 2. Ut unum non sit causa alterius. e. gr. Pater & Filius sunt Relata & sunt simul naturâ. Si enim Pater est, filius etiam est, & si filius est, Pater quoque est. Pater etiam ut Pater, non est causa filii, nec filius Patris; in quantum nimirum secundum esse relativum & formaliter considerantur, aut secundum ipsam Relationem, etsi Pater secundum esse absolutum, quatenus est homo, sit causa filii.

§. 9.

§. 9. (V.) *Qui novit unum Relatorum definite, cum necesse est cognoscere & alterum.* Definitè autem *εα ἀποστένας* aliquid cognoscere est nihil aliud, quàm distinctè, & ut *Averroës* loqui amat, *secundum complementum* cognoscere, E. gr. ut *definitè* cognoscamus numerum Quaternarium tanquam duplum, non sufficit, si cognoscatur ut duplum aliquod, sed perfectè cognosci debet, ut *binarius* duplum, hoc est complementum ejus, teste *Averroë*.

LIB. I. CAP. IX.

De

ACTIONE & PASSIONE.

Questio 1.

Queritur, quidnam sit Actio?

Actio est forma accidentalis, per quam potentia activa in actu secundò constituitur, Dicitur (1.) forma accidentalis; ut excludantur formæ substantiales, qualis est anima, forma lapidis. Dicitur (2.) quod per actionem potentia activa constituitur in actu secundò, ubi sciendum, quid sit potentia activa. Est autem talis potentia, per quam res producere aliquid potest. Sicut in igne est poten-

potentia ad
calorem
citer spectat
tenus (scilicet
dum tamen
potest aliqu
ducatur: I
primò con
no videre
Potentia co
tenus ad u
tionis alia

Quæ

Actio ra
ntem
in Subst
tione Dur
neam,
§. 2.
in eodem
dupliciter
tur actio in
cipitur in
vocari alia
sumitur pr